

## CAPUT III

Socrates non prius ad rem publicam iuvenes aut quamcunque artem capeffendam incitandos esse statuebat, quam eorum animus fuisset praeceptis ad eas virtutes formatus in earumque amore et cultu confirmatus, quas Graeci vocabulo σωφροσύνης complexi sunt. Absque iis enim omnem scientiam artemque hominum societati esse magis noxiam quam utilem. Id quod hoc et duobus seqq. capitibus declaratur exemplis. Hic enim primum ex providentia Deorum necessitas et utilitas eos colendi demonstratur. Deos vero hominibus consulere, patet ex bonis, quae hominum causa sunt parata et collata, ex luce, terrae frugibus, aqua, igni, aëre, solis calore, lento accessu recessuque, ex fructu, qui percipitur ex bestiis, sensu interno et externo ad res bonas malasque discernendas, usu sermonis, et futurorum significatione, quae Deorum cultoribus contingit. Qui quamquam ipsi videri nequeunt; eos tamen esse, opera, quae edunt, ostendunt, quemadmodum solis, fulminum, ventorum, mentisque humanae vis et natura ex effectu atque ex operibus est cognoscenda. Ergo tot et talia beneficia homines commouere debent, ut Deos, quantum per imbecillitatem humanam fieri possit, colant.

Τὸ μὲν ἔν λεκτικῆς καὶ πρακτικῆς καὶ μηχανικῆς γίγνεσθαι τὸς συνόντας ἐκ ἔσπευθεν, ἀλλὰ πρότερον τῶτων ᾗετο χρῆναι σωφροσύνην αὐτοῖς ἐγγενέσθαι. τὸς γὰρ ἄνευ τῆ σωφρονεῖν ταῦτα δυναμένους, ἀδικωτέρους τε καὶ δυνατωτέρους κακουργεῖν ἐνόμιζεν εἶναι. Πρῶτον μὲν δὴ περὶ θεῶς ἐπειράτο σώφρο-

Q 2

voss

§. I. λεκτικῆς] Hoc est e certissima Steph. emendatione, quam et Wels recepit, (confirmatam nunc a Vatic. I et Florent. A. E.) cum vulgg. habeant δεκτικῆς. Delta et Lambda in Xenoph. libris confundi, docet ad h. l. Stephanus. Nec in aliis libris rarum est. Apud Callimach., quod maxime huc pertinet, in H. in L. P. 116 confundunt libri δεξεῖται et λεξεῖ-

ται. v. Car. Sigonii Emend. II, 56. Λεκτικοὶ et πρακτικοὶ (qui copulantur quoque Cyrop. V, 5, 46. Z.) sunt, qui saepe in his libris occurrunt δεινοὶ vel δυνατοὶ λέγειν τε καὶ πράττειν. Adde, si tanti videtur, Pierfonum ad Moerlin p. 249, qui hanc correctionem defendit, et illustrat modum loquendi. Fern. Nuperus interpretas Edwards διαλεκτικῆς manuisti.